

973

[SIMON GRYNÆUS] à Henri Bullinger, à Zurich <sup>1</sup>.

(De Bâle, 5 ou 6 mai 1541.)

Inédite. Autographe. Archives de Zurich.

H. Bullingero. S.

*Causa que sit cur Farellus veniat ad eos, ex ipso scies. Ad eam rem vestri Senatus clarissimi et consensione et autoritate habebit opus. Dum eam impetrat, oro te ut interim, misso istinc ad Vadianum nuntio, cures ut opera vestra etiam Sanctgallensium consensus impetretur. Festinato, opus est<sup>2</sup>: id quod scies ex narratione ea quam exhibebit tibi. Nil video aut mirabilius aut spetiosius, quam si effici opera bonorum potest, ut totius Germanie et omnium ecclesiarum conspiratio cernatur in intercessione hac pro fratribus. Vale in Domino Christo, colendissime mihi frater in Domino. Saluta omnes bonos. Iterum valet.*

(Inscriptio:) D. H. Bullingero, fratri charissimo suo. Tyguri.

<sup>1</sup> Ce billet non-signé est incontestablement de la main de *Simon Gryneus*. La feuille sur laquelle il est écrit porte, à la première page, une copie de la lettre de *Bucer* « ad fratres Argentinenses » du 22 avril 1541; puis, à la 2<sup>m</sup>e page, une copie commençant ainsi : « S. et Pacem. Accepimus jam alteras vestras litteras, mi *Philippe*. Et licet *dextra tua contracta* me misereat, etc.... Tractasse tamen me aliquantulum puto de Ecclesia, etc. Feria 3<sup>a</sup> Palmarum. » — « *Hec ex Epistola Lutheri ad Melanthonem* » (Voyez la note 12 du N<sup>o</sup> 969).

Plus bas, on lit ces mots, adressés par *Gryneus* aux ministres zuricois : « Valet, mihi colendissimi in Domino Christo fratres. Fratrem *Farellum* charissimum vobis commendo. Iterum valet. »

À la p. 3 se trouve le présent billet. Si l'on tient compte de la distance entre Wittemberg et Ratisbonne, entre Ratisbonne et Strasbourg, on en conclura que les deux lettres susdites, communiquées par *Gryneus* aux pasteurs zuricois, n'avaient pu lui parvenir que le 2 ou le 3 mai. Le 4 ou le 5, *Farel* arrive à *Bâle* et paraît devant le Conseil, qui expédie le 6, à ses alliés les lettres relatives à l'intervention sollicitée par le Réformateur. Et celui-ci se rend aussitôt à *Zurich* avec le billet de *Gryneus*.

<sup>2</sup> Les lettres suivantes prouvent, en effet, que *Farel* mena toute cette affaire avec la plus grande célérité.

## 974

LE CONSEIL DE MULHOUSE au Conseil de Bâle.

De Mulhouse, 8 mai 1541.

Inédite. Manuscrit orig. Arch. de Bâle.

(TRADUIT DE L'ALLEMAND.)

Fermes, honorables, pieux, prudents et sages, nos particulièrement bons amis et chers fidèles confédérés! Tout d'abord nous offrons à Votre Grâce et à Votre Sagesse notre empressé et amical service, avec tout honneur, amour et bien qui sont en notre puissance.

Gracieux Seigneurs! Ce jour d'hui nous avons reçu l'écrit de Votre Dilection, avec la copie incluse du projet de porter secours aux Chrétiens affligés et à *l'Église opprimée de France*. Nous l'avons lu et compris avec une grande tristesse de cœur. Veuille le Dieu tout-puissant éternel leur accorder sa grâce divine, afin qu'ils soient délivrés d'un pareil fardeau et qu'au milieu de leurs tribulations, souffrances et nécessités, ils puissent demeurer persévérants et fermes!

Votre susdite proposition nous ayant plu de tout point, nous voulons en cela et en autre chose agir et procéder comme il convient toujours de le faire envers de pauvres frères chrétiens, et nous nous y emploierons de bon cœur de tout notre pouvoir, sans nous laisser détourner par aucuns frais.

D'autre part, nous avons entendu et appris avec une singulière joie la décision chrétienne de Sa Majesté Impériale, notre très gracieux Seigneur, touchant *le Colloque*, par laquelle il nous invite à invoquer Dieu ardemment et à le prier qu'Il veuille à tous accorder sa grâce, afin que son honneur soit avancé et que la vérité divine ait son cours en tous lieux. Nous vous remercions de votre amicale lettre, en vous assurant que là où nous saurons et pourrons vous obliger, vous nous trouverez toujours disposés et empressés à vous servir. Donné le dimanche 8 Mai, l'an, etc., 41.

LE BOURGMESTRE ET CONSEIL DE MULHOUSE.

## 975

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Ratisbonne, 11 mai 1541.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 30. Calvini Opera. Brunsv., XI, 215.

Et si hic adesse multis de causis piget, venisse tamen nunquam pœnitebit. Delirare me putas? Scio quid dicam. Et me non sine ratione loqui aliquando corâm audies. Nunc collige ex narratione, quantum poteris. *Delecti nostri de peccato originali non difficulter transegerunt*<sup>1</sup>. *Secuta est disputatio de libero arbitrio*, quæ ex Augustini sententia composita fuit: nihil in utroque nobis decessit. *De justificatione* acriores fuerunt contentiones. Tandem *conscripta est formula, quam adhibitis certis correctionibus utrinque receperunt*<sup>2</sup>. Miraberis, scio, adversarios tantum concessisse, cum legeris exemplar, ita ut postrema manu correctum fuit, quod literis inclusum reperies. Retinuerunt etiam *nostri* doctrinæ veræ summam: ut nihil illic comprehensum sit quod non extet in scriptis nostris. Scio, desiderabis clariorem explicationem, et in ea re me tibi assentientem habebis; verùm si reputes quibuscum hominibus negocium nobis sit, agnosces multum esse effectum.

Ventum est deinde ad *Ecclesiam*; in definitione congruebant sententiæ; in potestate dissidere cœperunt. Cum nullo modo possent conciliari, visum est articulum illum omittere. In *sacramentis*

<sup>1</sup> A Worms, les délégués des deux partis s'étaient déjà entendus sur cet article. « Mais (comme le disent *les Actes de la Journée imperiale*, p. 388), devant que cela fust rapporté à une partie et à l'autre,.... on se departist laissant tout en suspend. »

<sup>2</sup> Les *Annales Spalatinæ*, p. 572-580, en donnent le texte allemand. Christophe Pezelius doit en avoir publié le texte latin dans l'ouvrage intitulé: *Argumentorum et objectionum de præcipuis articulis doctrinæ christianæ, cum responsionibus, quæ passim extant in scriptis Melanchthonis*, Pars I-IX. Neapoli Nemetum, 1578-91. Seckendorf, III, 356, 357, dit en détail comment cette *formula de justificatione* fut jugée par Luther et par l'Électeur Jean-Frédéric.

rixati sunt nonnihil: sed cum *nostris* suas illis *cærimonias* ut res medias permitterent, usque ad *Cænam* progressi sunt. *Illic fuit insuperabilis scopulus*<sup>3</sup>. Repudiata transsubstantiatio, repositio, circumgestatio et reliqui superstitiosi cultus. Hæc adversariis nequaquam tolerabilia. *Collega meus*<sup>4</sup>, qui totus ardet studio concordiae, fremere et indignari, quòd intempestivæ fuissent motæ ejusmodi quæstiones. *Philippus* in adversam partem magis tendere, ut rebus exulceratis omnem pacificationis spem præcideret. *Nostris, habita consultatione, nos convocarunt*. Jussi sumus omnes ordine dicere sententias: fuit una omnium vox, transsubstantiationem rem esse fictitiam, repositionem superstitiosam, idololatricam esse adorationem, vel saltem periculosam, cum fiat sine verbo Dei. *Me quoque exponere Latinè oportuit quid sentirem*<sup>5</sup>. *Tametsi neminem ex aliis intellexeram, liberè tamen sine timore offensionis, illam localem præsentiam damnavi: adorationem asserui mihi esse intolerabilem. Crede mihi, in ejusmodi actionibus opus est fortibus animis, qui alios confirmant*. Vos istic precamini diligenter Dominum, ut illo fortitudinis spiritu nos sustineat. *Scriptum deinde a Philippo compositum*<sup>6</sup>, quod ubi *Granvellano* oblatum est, *asperis verbis repudiavit, quòd illi tres delecti ad nos retulissent*<sup>7</sup>. Hæc cum fiant in

<sup>3</sup> Voyez, sur les discussions qui eurent lieu dès l'ouverture du Colloque, les lettres du 5-10 mai. *Mel. Epp.* IV, 252, 257, 259, 268, 281.

<sup>4</sup> *Bucer*. Son collègue *Capiton* était resté à Strasbourg.

<sup>5</sup> Cette réunion des députés protestants eut lieu le dimanche 8 mai. *Wolfg. Musculus* en parle comme il suit, dans ses Actes du Colloque de Ratisbonne: « Hora sexta convenimus iterum omnes cum Principibus ac Statibus religionis nostræ. Hic... petitum est ut sententias nostras dicere mus singuli... *Calvinus* [dixit]: Scriptum adversariorum Romanorum esse prorsus commentitium. Nefas esse ludere in rebus tantis. Esse contra rationem sacramenti opinionem transsubstantiationis. Adversarios verba Christi divellere: Illud *accipite et manducate*, relinquere, et quod sequitur: *Hoc est corpus meum*, apprehendere. Quod idem sit ac si quisquam illud: *Exaudiam te*, apprehendat, id verò quod sequitur: *Invoca me*, negligat, sed Sanctos invocet. Citavit Tertullianum de usu Ecclesiæ ipsius temporis... Adorationem sacramenti vulgarem esse idololatriam. Hæere papistarum mentes in signo, nec elevari ad celestem veritatem » (*Mscr. autogr. Bibl. de Berne. Calv. Opp. Brunsv. XXI, 278*).

<sup>6</sup> Imprimé dans les *Mel. Epp.* IV, 275-278, sous le titre suivant: *Responsio Evangelicorum Statuum de articulo Eucharistiæ et Transsubstantiationis panis ad Illustriss. Dominos Præsidentes Colloquii in Comitibus Ratisponensibus*. » Cette pièce porte la date du 10 mai 1541 et les noms des signataires: *Mélancthon, Bucer et Pistorius*.

<sup>7</sup> D'après le récit suivant de *Pezelius* (o. c. P. VIII, p. 296), l'irrita-

ipso limine, *cogita quantum adhuc supersit difficultatis, in missa pricuta, in sacrificio, in communicatione calicis*. Quid si ad apertam præsentiæ confessionem veniretur? quanti tumultus effervescent!

Litteræ tuæ a *Plumario*<sup>8</sup> altero mense quàm scriptæ fuerunt mihi reddite sunt: mirabor, si non propediem aliæ non veniant. *Salus fratrum mihi commendata est ut debet; sed hæremus adhuc in illo obice quem nosti*<sup>9</sup>. *Maurus, qui ea de causa missus est, diligenter satagit in solvendo hoc nodo*<sup>10</sup>; *spes solito major affulget*. *Landgravius* enim aliquam sentire frustrationem unde omnia sperabat<sup>11</sup> incipit: ergo *inclinabit in illum nostrum*<sup>12</sup>. Id si fiet, habebitur, ne

tion de *Granvelle* aurait eu une cause antérieure et plus profonde: Accidit Ratisponæ quod animo præsa-gierat [*Melanchthon*], ut magnæ turbæ commoverentur, cum de *Missa* disputari cœptum esset. Nam cum hoc solido et immoto fundamento *Philippus* Missam oppugnare cœpisset: « Quòd Sacramenta Novi Testamenti in Ecclesia sint actiones a Christo institutæ, et quòd nihil habeat rationem sacramenti extra usum legitimum; denique quòd in ipso usu Cœnæ, promissio de præsentiæ et communionem corporis Christi non ad Symbola, sed ad sumentes pertineat. sicut verba Cœnæ non propter panem, sed propter hominem, recitentur, — *Eccius* non reperiens subito, quo vel averteret vel exciperet talem ictum, tam improvisò et tanto impetu illatum, totus furere, fremere, extrema minitari omnia et se vel ad ignem usque pro *Missa* pugnaturum exclamare cœpit. *Granvellanus* verò, qui... colloquio præerat, nihilo mitiùs ingenti ira accensus, *Imperatorem* dixit citiùs omnia regna sua in discrimen positurum esse, quàm passurus sit ut labefactetur autoritas *Missæ*...

« His motibus dirempto certamine, eo die discessum est. Nec rediit ad disputationem deinceps *Eccius*, qui ira et indignatione æstuans, cum apud *Episcopum Mutinensem* multo se vino Italico ingurgitasset, ardenti febre correptus, graviter usque ad exitum Comitiorum decubuit. »

<sup>8</sup> Un habitant de Genève qu'on appelait le *Plumassiez*.

<sup>9</sup> Voyez sur cet obstacle, connu de Farel, le N° 997, renv. de note 7,10.

<sup>10</sup> Cette phrase intentionnellement obscure ne peut signifier que ceci: *Morelet*, qui a été envoyé pour solliciter l'alliance des Protestants avec le Roi, s'efforce de les rassurer sur les conséquences qu'elle pourrait entraîner, et il leur fait espérer un adoucissement des édits publiés contre les Évangéliques français.

Après sa réconciliation avec l'Empereur (juin 1538), *François I* avait dédaigné les Protestants; mais en 1541 les temps étaient de nouveau « changés, » et Calvin aurait pu répéter ce qu'il disait en 1540 de ces deux monarques rivaux: « Nondum inter eos quidem est bellum, sed emergunt semina, et ea præsidia *noster ille* sibi conciliat quæ, dum amicitia illi cum *fratre* erat, contempsit » (VI, 236, n. 14). Voy. Seckendorf, III, 258-60.

<sup>11</sup> C'est-à-dire, de l'Empereur.

dubita, singularis fratrum ratio, et *Maurus* pro sua virili, ut est vir pius et cordatus, incumbet. Crede mihi, fideliter hactenus se gessit. *Nihil tamen amplius impetratum, quàm ut illis domum impunè redire liceret, modò apud Episcopum abjurarent*<sup>13</sup>. Ἀρχιεπισκοπος<sup>14</sup> nobis est molestissimus. Dominus eum vel tollat, vel emendet! Vale, optime et mihi dulcissime frater. Saluta amantissimè omnes fratres. Dominus Jesus vos conservet! Ratisponæ, 11 Maii 1541.

I. CAL. tuus.

*Philippus et Bucerus* te salutant. *Nudius tertius cum pranderemus cum Landgravio, facta est mentio tui amica*<sup>15</sup>. Consule ut *hanc formulam*<sup>16</sup> mittas ad *Bernates*. Inibis cum hoc officio aliquam gratiam.

I. CALV. tuus.

(*Inscriptio* :) Chariss. fratri meo G. Farello, Neocomensis ecclesiæ pastori fideliss.

## 976

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Ratisbonne, 12 mai 1541.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 30. Calv. Opp. Brunsv. XI, 217.

Nuncius die uno seriùs abiit quàm putabam : hic dies nobis aliquid peperit. *Granvellanus* cum spem omnem suo responso<sup>1</sup>

<sup>12</sup> Il sera maintenant mieux disposé à écouter les propositions de *notre roi* (Voy. n. 10).

<sup>13</sup> Allusion aux lettres-patentes émanées de François I le 8 février (N°s 939, n. 15 ; 963, au commencement).

<sup>14</sup> Bèze a remplacé par N ce mot qui désigne le chancelier *Granvelle*.

<sup>15</sup> *Philippe de Hesse* avait dû précédemment recevoir plus d'un message de Guillaume de Furstemberg par l'intermédiaire de *Gauchier Farel*, frère du Réformateur.

<sup>16</sup> Voyez la note 2.

<sup>1</sup> Voyez le N° précédent, renvoi de note 7.

nostris abscedisset, postquam de *Eckii apoplexia* audivit<sup>2</sup>, fortè quoniam illius hominis importunitatem remoram concordiae afferre cernebat, jussit, *Pistorio* quoque excluso, reliquos quatuor inter se absque arbitris consultare. Quantum potui intelligere, *si essemus dimidio Christo contenti, facillè transigeremus. Philippus et Bucerus formulas de transsubstantiatione composuerunt ambiguas et fuco-sas*<sup>3</sup>, ut tentarent an adversariis possent satisfacere nihil dando. *Consilium hoc mihi non placet, tanetsi rationem habent quam sequuntur*: sperant enim fore, ut brevi hæc sponte elucescant, si patefactus erit aditus doctrinæ. Itaque transsilire malunt, nec flexiloquentiam istam reformidant, qua nihil alioquin esse nocentius potest: polliceor tamen et tibi et piis omnibus, utrumque optimo esse animo, nec aliud cogitare quàm ut promoveant Christi regnum. *Nec possis ab illis quicquam desiderare quod non fideliter et constanter præstent, nisi quòd in modo agendi se tempori nimis accommodant.* Malè autem me habet quòd *Bucerus* invidia se apud multos gravet. Quia sibi est optimè conscius, securior est quàm utile sit. Neque enim sic contenti esse debemus conscientiae integritate, ut non habeamus fratrum respectum; sed hæc apud te defleo, mi Farelle; vide ergo ne effluant. Unum hoc, ut in malis mihi gratum est, quòd *nemo est qui vehementius nunc pugnet contra impanatum Deum, quàm Brentius*<sup>4</sup>: sic enim ipse appellat.

Nolo plura, quò avidius *meum ad vos adventum* desideres, ut istis narrationibus aures tuas expleam. Vale, mi optime frater. Saluta omnes nostros diligenter. *Frechtus* et *Musculus*<sup>5</sup> et *Brentius* te salutant, imò prorsus omnes. Ratisponæ.

<sup>2</sup> *Jean Eck* était tombé malade le 10 mai (N° 975, fin de la n. 7. — Mel. Epp. IV, 280, 306). Il mourut le 16 février 1543.

<sup>3</sup> Formules imprimées dans les *Épîtres* de Mélanchthon, IV, 262-264.

<sup>4</sup> *Jean Brentz* (1499-1570), pasteur dès 1522 de la ville impériale de Hall en Souabe, était l'un des réformateurs du Wurtemberg. Élève et ami d'Écolampade à Heidelberg, il s'était prononcé contre lui et contre les théologiens suisses, à l'origine de la dispute sacramentaire (1525). Prédicateur éloquent, écrivain fécond et original, il jouissait dans le parti luthérien d'une considération très méritée. Vers le milieu d'avril 1541 les conseillers saxons l'invitèrent à se rendre à Ratisbonne; mais il n'y resta que jusqu'aux premiers jours de juin (Voyez l'Encyclopédie de J.-J. Herzog, 2<sup>me</sup> éd. II, 605-619. — Merle d'Aubigné. Hist. de la Réf. 1<sup>re</sup> éd. I, 398, 400, IV, 128, 133, 145. — Th. Pressel. Anecdota Brentiana, 1863, p. 217, 219).

<sup>5</sup> Il s'agit ici de *Martin Frecht*, pasteur à Ulm (VI, 392). — Voyez sur *Wolfgang Musculus* le t. VI, p. 252. *Farel* avait pu connaître à Haguenau et à Worms tous les personnages qui le faisaient saluer.

*Ekeius*, ut aiunt, convalescet: nondum meretur mundus ista bestia liberari. Exciderat quod minimè præteritum oportuit. Habet D. *Maurus*<sup>6</sup> famulum qui aliquando *Ludovico*<sup>7</sup> et mihi servivit *Basilee*, probum juvenem, fidum et modestum. Ille ante annos quinque, cum propemodum puer esset, inscio patre, inter pocula puellæ conjugium promisit: cum pater, re indicata, reclamasset, juvenis dixit sibi fuisse impositum. Re malè cognita, pejùs expensa, pronuntiarunt vestri iudices, authore *Marcurtio*<sup>8</sup>, ratum debere esse conjugium. Ille ut hanc necessitatem effugeret, patria cessit. Nunc nuncium accepit de morte patris, sed simul hortantur eum sui, ut puellam accipiat; ad hanc rem hortator est etiam illi *Mirabilis*<sup>9</sup>. Tentavi et penitùs excussi animum ejus: sic abhorret, ut non sustineam magis urgere. Et tamen fatetur honestam esse puellam; sed asseverat se nunquam animum ad eam adjecisse. Quia salvum cupio, velim, si fieri queat, amica transactione componi negocium: sic et puellæ consuleretur. Ea de re scripsi ad *Mirabilem*. Nolo tamen in meam gratiam quicquam facias, nisi quod æquum esse judicabis. Neque enim ipse plus facturus essem, si res in meo arbitrio poneretur. 12 Maii 1541<sup>10</sup>.

(*Inscriptio*.) Optimo et integerrimo viro G. Farello fratri meo dilectissimo, Neocomensis ecclesie pastori.

## 977

JEAN ZWICK<sup>1</sup> à Jean Calvin, à Ratisbonne.

De Constance, 12 mai 1541.

Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 34. Calv. Opp. XI, 218.

Salus et pax Christi!

Arctissima familiaritas est quam parit fides; sic mihi scripta tua

<sup>6</sup> Le seigneur *Morelet* habitait *Bâle* en 1534 et en 1535, c'est-à-dire, à l'époque où *Calvin* et *Louis du Tillet* s'y étaient retirés. Il vint pour la première fois à Genève en juillet 1536 (III, 194, 198, 204; IV, 76, 118, 190, 213, 236, 268).

<sup>7</sup> *Louis du Tillet*, après son retour d'Italie (1536), avait attendu à Neuchâtel Jean Calvin, qui faisait son dernier voyage à Noyon (IV, 77).

familiarissima sunt <sup>2</sup>. Erit autem gratissimum, si tuo adventu semel familiaritatem istam in Domino initam firmes: quod ut brevi fiat etiam atque etiam rogo <sup>3</sup>. *De Comitiorum tractatione* nescio quid dicam: statui autem, ut uno verbo dicam, ab eventu omnia aestimare: interim precibus interpellabo Dominum ne causæ suæ desit. *Audimus autem Philippum et reliquos constantes esse et apertos, quæ res nos ministros summo gaudio afficit, et decet certè nos nihil cillare* <sup>4</sup>. Ah! quanto tempore adhuc regnabimus? Si primum uno

<sup>2</sup> Antoine Marcourt, pasteur à Neuchâtel jusqu'en juin 1535.

<sup>3</sup> Jehan Merveilleux, en allemand Hans Wunderlich (N° 967, note 3).

<sup>10</sup> La date « 12 mai 1541 » est de la main de Farel.

<sup>1</sup> Jean Zwick, né à Constance vers 1496, fit ses études à Bâle et à Fribourg en Brisgau, où le juriconsulte Ulric Zasius saluait en lui l'un de ses plus brillants élèves. Il voyagea ensuite en France, puis en Italie, où il reçut à Padoue le grade de docteur en droit. On a quelques raisons de croire qu'il fit aussi, en 1521, un séjour à Wittenberg avec son frère Conrad. Les débuts de Jean Zwick dans la carrière ecclésiastique ne furent pas heureux. Quoiqu'il prêchât les vérités fondamentales de l'Évangile, tout en s'abstenant de polémiser contre les cérémonies romaines, ses paroissiens de Riedlingen, près d'Ulm, ne le soutinrent pas, et il fut interdit par l'évêque de Constance (1523). Il ne se décida qu'avec peine à devenir le collègue de son ami Ambroise Blaarer, le réformateur de Constance. Mais, dès ce moment, il se consacra tout entier à ses nouvelles fonctions pastorales et donna les plus beaux exemples de dévouement et de charité. Ce ne fut qu'après douze années d'une activité infatigable (1526-1538), pendant lesquelles son patrimoine s'était entièrement dissipé, qu'il osa demander un traitement.

On voit déjà par la présente lettre le prix qu'il faisait de « la vie intérieure, » de la vigilance et de l'humilité. Sa piété profonde ne brille pas moins dans les écrits qu'il composa pour la jeunesse, dans sa préface du N. T. allemand publié à Zurich (1535), et dans un certain nombre de chants d'église (1536, 1540) qu'on admire encore aujourd'hui (Voyez dans l'Encyclopédie d'Herzog, 1<sup>re</sup> éd. XVIII, 692-700, l'article Zwick de Th. Keim).

<sup>2</sup> Quoique ce début semble annoncer que Jean Zwick ne connaissait Calvin que par ses livres, nous croyons qu'ils s'étaient vus à Bâle, au commencement de février 1536. Zwick assistait, en effet, à l'assemblée des députés réunis alors dans cette ville, et qui adoptèrent la première confession de foi helvétique (IV, 4). Il échangea peut-être quelques lettres avec le réformateur de Genève, lorsqu'il forma le projet de publier en allemand à Augsbourg l'Épître de Calvin à Nicolas Duchemin (VI, 194, V, 163, n. 3).

<sup>3</sup> Ce vœu ne fut pas réalisé.

<sup>4</sup> Zwick écrivait de Constance à Vadian le 30 avril 1541: « S. Ad tuas posteriores literas respondebo proximè, cum de quæstione juris tibi neum

ore glorificemus Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, deinde pergamus nobis non esse dissimiles: *Non decet in hac causa cum vulpibus vulpinari, et cum astutissimis hujus mundi sapientibus astutia certare: certandum est nobis sola perseverantia, pietate, simplicitate, ulde et patientia crucis*: hanc mentem donet nobis Christus Dominus! Proinde, quò diutius regnemus in Christo, exhortare, obsecro, reliquos fratres omnes quantis potes viribus, ut quoniam *Ecclesie disciplina maxima ex parte evanuit*, et fortè sine graviore malo restitui in ordinem vix potest, ut saltem et Principes et Magistratus nostri strenuè animadvertant in vitia et scandala publica, quò saltem hac via purgetur Ecclesia, nomenque Christi apud reliquos meliùs audiat: quod ipsum quoque donet Christus suo spiritu! Ah! ne opprimat nos ingratitude et injustitia, qui de bonitate et justitia Dei tantùm gloriamur!

*Quanta bonorum ecclesiasticorum habenda sit ratio*, non opus est recitare: tantùm da operam apud bonos omnes, ut nostros ad *sanctum illorum usum* seriò exhortentur. *Huc enim ventum videtur* (quod tamen non sine gemitu dixerim), *ut magna nostrorum pars credat sese tum demum verè regnum Antichristi evasisse, si cum bonis Ecclesie ludant pro libito, nec ulli disciplinæ subsint*<sup>5</sup>. *O egregium Christianismum!* Da ergo operam ut non solùm cum Papistis vobis negotium sit, sed inter vos quoque et cum vestris tractate quæ in rem Ecclesie, Christique gloriam facere possunt, quæque placare possunt Dominum, ne ingrati pessimè pereamus. Hanc sollicitudinem et curam largiatur nobis filius Dei Jesus Christus! Amen. Ille te cum bonis omnibus diutissimè servet! Sed ne graveris meo nomine salutare omnes fratres, *Philippum, Bucerum, Freckthum, Musculum* et reliquos, et servet eos omnes spiritus Christi in unitate, perseverantia, simplicitate, veritate et tolerantia! Orate verò omnes pro ecclesia quæ est *Constantiæ*, ut in fide

juditium scribam.... Injunctum est... à nostris *Philippo, Bucero et Pistorio*, ne quid dent sive recipiant alienum à vero, ne quid patiantur obscurari, et ne sinant ordinem Confessionis [Augustanæ] inverti. Statuit enim adversaria pars à missa et sacramentis negotium ordiri, justificationis articulo ad finem servato, id quod non solùm impio sed etiam subdolo consilio fecerunt, quòd putent in sacramentis non omnino convenire nobis....Nostri verò à justificatione initium volunt. Sic ferè jam res habent *Ratisponæ*... » (Autogr. Bibl. de Saint-Gall.)

<sup>5</sup> A comparer avec la lettre de Bucer à Louis du Tillet du 8 octobre 1539 (VI, 67, renv. de n. 13, et p. 69, lig. 10-14).

crescat. Salutant autem te et reliquos *Ambrosius*<sup>6</sup> et reliqui omnes symnyste<sup>7</sup>, rogantes Dominum strenuè ut in illo optimè habeatis, et Evangelii negotium bene succedat. Amen. Ex Constantia, XII Maii M.D.XLI.

Tuus JOANNES ZUICK.

## 978

W.-F. CAPITON [à Guillaume Farel, à Strasbourg. <sup>1</sup>]  
(Strasbourg, jeudi soir 12 mai 1541.)

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 110. Calv. Opera.  
Brunsvigae, XI, 132.

S. *Totum tempus pomeridianum cum pertinaci quodam anabaptista consumpsi*, atque adeò sum fatigatus, *ut te coràm invisere non potuerim*. Utinam frugali ac tenui mensa domus meae usus fuisses, meoque hospitio, et plus spaciè ad colloquendum patuisset<sup>2</sup>. Verùm novi animum tuum et coram Domino *fideliter agam, ut et Geneva sentiat nos eam ecclesiam saluti etiam fratris<sup>3</sup> pratulisse. Sed expectandum est, donec ex eo se negotio explicaverit in quo nunc est impeditus*. Tu Dominum ora pro me, et scribe diligenter quæ me facere velis. Literæ tuæ sunt apud me plurimi ponderis. Te Christus noster servet!

V. CAPITO.

*Literas redde Grynaeo omnes<sup>4</sup>; is per suos aliis alius reddet.*

<sup>6</sup> *Ambroise Blaarer* (III, 129).

<sup>7</sup> *Constance* avait dix pasteurs et diacres, pour une population de 36,000 âmes, lorsque le culte évangélique y fut brusquement supprimé par le gouvernement autrichien (Octobre 1548. Voy. J.-J. Hottinger. Helv. Kirchengesch. III, 780. — Ruchat, V, 353, 354).

<sup>1</sup> Ce billet, écrit sur un papier très léger et même élégant pour l'époque, ne porte ni adresse, ni traces d'un sceau. En le comparant avec les lettres précédentes et avec celle qui suit, on ne pourra guère douter qu'il n'ait été adressé à *Farel*.

<sup>2</sup> *Capiton* s'était donc entretenu avec *Farel* : ce qui explique pourquoi il ne dit rien du motif qui amenait celui-ci à Strasbourg : l'intercession pour les Évangéliques de France.

<sup>3</sup> *Calvin*, évidemment.

<sup>4</sup> Au mois de mai 1541, *Grynaeus* était à *Bâle* (N° 969, note 22), et.

## 979

LE CONSEIL DE STRASBOURG au Conseil de Bâle.

De Strasbourg, 13 mai 1541.

Copie contemporaine. Archives de Zurich.

(TRADUITE DE L'ALLEMAND.)

Nous HANNS BOCK, chevalier et meister, et LE CONSEIL DE STRASBOURG, nous [vous] offrons notre amical et empressé service. Chers, singuliers amis et fidèles voisins !

Notre secrétaire *Jean Meiger*, s'étant rendu chez vous à *Bâle* par nos ordres, nous a dit, entre autres choses, à son retour, que votre secrétaire lui a communiqué, de votre part, ce que vous avez appris au sujet des *pauvres Chrétiens opprimés dans la Provence et ailleurs en France*, et que vous avez pris là-dessus une décision dont nous recevrons la copie<sup>1</sup>. Vous lui avez demandé de

*Capiton*, depuis son retour de *Worms*, en janvier, n'avait pas quitté *Strasbourg*. On sait, du moins, avec certitude qu'il ne s'était point rendu à *Ratisbonne*. Calvin en avait informé *Farel*, le 19 février, en lui disant : « Si quid erit, habebis hic *Capitonem* : ego enim solus cum *Bucero* proficiscor » (N° 943, vers la fin).

Le *post-scriptum* nous fournit une indication importante : c'est que *Farel* va repartir pour la Suisse, puisqu'il reçoit, avec le billet de *Capiton*, un fascicule de lettres qu'il remettra à *Grynæus*. Celui-ci les fera expédier [de Bâle] à leurs destinataires.

Les nouveaux éditeurs de Calvin supposent que ce billet fut écrit en décembre 1540, lorsque *Farel* se rendit à *Worms*. Dans cette hypothèse, la présence de *Capiton* à *Strasbourg* s'expliquerait difficilement, puisqu'il assistait au Colloque, et l'envoi du paquet de lettres à *Grynæus*, qui était aussi à *Worms*, ne s'expliquerait pas du tout. Si *Capiton* avait eu alors des lettres à expédier à *Worms*, il les aurait adressées à son collègue *Bucer*. En outre, ces mots : *is per suos*, etc., renfermeraient une véritable énigme, — *per suos* ne pouvant désigner que *les Bâlois*. Envoyer des lettres de Strasbourg à *Worms*, pour qu'elles fussent de là réexpédiées à *Bâle* par *Grynæus*, c'eût été choisir la voie la plus longue et la moins naturelle.

<sup>1</sup> Voyez le N° 972, note 4.

nous proposer une pareille mesure et de nous déclarer votre sentiment, qui nous sera aussi indiqué par écrit.

Là-dessus, Monsieur *Farellus* nous a apporté, avec votre décret signé et scellé par votre secrétaire, les lettres de même teneur de nos amis de *Zurich* et de *Schaffhouse*<sup>2</sup>, et il nous a annoncé qu'il nous en arriverait de pareilles de nos bons chers voisins et amis de *Berne*, *St.-Gall*<sup>3</sup>, etc., d'ici à dimanche prochain<sup>4</sup>.

Nous reconnaissons que par devoir et amour chrétien nous devons, en cela et autres choses, avancer de tout notre pouvoir l'honneur du Tout-Puissant et le salut de nos frères chrétiens; et nous sommes tout disposés à agir ainsi et toujours prêts à servir nos chers amis. Aussi ferons-nous connaître la situation des pauvres gens à nos ambassadeurs à *Ratisbonne*, et nous leur commanderons d'agir avec zèle et sérieux auprès des autres princes et des alliés de notre sainte religion, afin qu'il soit adressé à la Majesté

<sup>2</sup> *Farel*, que nous avons vu partir de Bâle pour *Zurich*, le 6 mai (N° 973), avait chargé Bullinger de solliciter une lettre des Saint-Gallois, et il s'était acheminé vers *Schaffhouse*, d'où il avait pris le plus court par la Forêt-Noire pour atteindre *Strasbourg* le jeudi 12 mai.

<sup>3</sup> Voyez la décision prise par *Berne* le 10 mai (N° 972, n. 5.) La lettre de *Saint-Gall* du 11 mai au Conseil de Bâle nous donne le tou de celle qu'il fit écrire à Strasbourg, et elle est conçue en ces termes :

« Nos chers bons amis et fidèles alliés, le bourgmestre et le Conseil de la ville de *Zurich*, nous ont fait savoir par écrit quel est l'excellent et chrétien projet de Votre Sagesse à l'égard des pauvres chrétiens opprimés en *France*, et ce que vous avez délibéré, pensé et décidé à ce sujet. Et comme votre demande, pour plusieurs raisons, nous plaît fort, nous avons résolu d'écrire, ainsi que vous, très sérieusement à nos bons amis de *Strasbourg* et de leur demander instamment d'avoir à cœur une chose si importante, et qui est pour nous-mêmes utile et excellente. Et si la Royale Majesté de France ou quelque autre prince doit être requis humblement par lettre ou ambassade (comme nous l'espérons), nous vous prions de nous adjoindre à vous et de solliciter et poursuivre cette affaire en notre nom.

Nous vous envoyons ci-inclus un projet de requête, en vous priant amicalement de le transmettre à *Strasbourg* avec les autres lettres de nos chers alliés, ou, s'il vous paraît préférable, de les remettre à notre député en les lui recommandant. Nous nous acquitterons de ce soin avec zèle, étant toujours prêts à vous obliger. Donné le xi mai, l'an, etc., xxxxi.

LE BOURGMESTRE [JOACHIM VADIAN]

ET LE CONSEIL DE LA VILLE DE S. GALL. »

(Inédite. Manuscrit original. Archives de Bâle. Trad. de l'allemand).

<sup>4</sup> Le dimanche 15 mai.

Royale, de votre part et de la nôtre à tous, une requête dans la forme jugée la meilleure, et qui serait signée par notre gracieux seigneur *le Landgrave* <sup>5</sup>. Nos susdits ambassadeurs devront nous en envoyer une copie exacte, que nous vous communiquerons, si l'affaire réussit <sup>6</sup>. Nous en ferons tenir une également à nos chers amis de *Zurich*, pour la signer au nom de tous les confédérés et adhérents de notre religion, et l'envoyer au *roi de France* par l'un des vôtres ou quelque autre ami de la Religion, et à frais communs. Peut-être ainsi pourrons-nous assister les pauvres persécutés, et nous aurons fait du moins ce que commande l'amour chrétien. Nous n'avons pas voulu vous laisser ignorer notre sentiment, et sur ce nous vous offrons en toute occasion notre service empressé. Donn<sup>é</sup> le vendredi xiii Mai, l'an, etc., xli.

(*Suscription* :) A nos honorables, sages, singuliers bons amis et fidèles chers voisins, le Bourgmestre et le Conseil de Bâle <sup>7</sup>.

## 980

THÉODORE DE BÈZE à Maclou Pompon <sup>1</sup>, à Padoue.

De Paris, 13 mai (1541).

Autographe. J. W. Baum <sup>2</sup>. Theodor Beza. Leipzig, 1843, I, 88.

Ego verò vellem, mi Pomponi, ut quanto videndi tui, aut certè literarum tuarum desiderio flagrem intelligeres. Itane procul es

<sup>5</sup> Cette affaire fut conduite avec tant de célérité, que les ordres des magistrats strasbourgeois parvinrent avant le 23 mai à leurs députés à Ratisbonne (Voyez la n. 1 du N<sup>o</sup> 983).


<sup>6</sup> Elle fut communiquée le 14 juin par le Conseil de Strasbourg à celui de Bâle, qui l'expédia à Zurich.

<sup>7</sup> La présente lettre est résumée en allemand moderne dans les Recès des Diètes suisses, volume de 1541-1548, p. 27.

<sup>1</sup> Voyez, sur ces deux personnages, le t. VI, p. 138, 139. — L'original nous a été communiqué par notre ami M. Alfred Bovet, à Valentigney. Voyez le Catalogue de ses autographes. Paris, Charavay frères, 1885, p. 747.

<sup>2</sup> Le texte publié par Baum diffère de l'original dans ceux des mots que nous soulignons : *profecto nimirum — sed vincit amor — animo incipiumt* — quæ sit *summa* *περι ἀπιστίας* (?) — *quod te Italia* — *mi amicule* — *Th. Bezaeus*.





dissitus, ita procul sejunctus, ut ne audire quidem possim quo sis loco, qua valetudine? Sed quorsum hæc tam abrupta, tam hiulca, dices? Profecta nimirum ex intimo amicitiae penu: sic vincit amor ut ne cogitandi quidem spaciū relinquat. Ea præterea sunt *Gallorum* ingenia, ut qua levitate res animo concipiunt, eadem in loquendo abutantur. Feres itaque et amici vicium et *Galli*, si fortè jam didicisti *Italorum* ingenia imitari. Sanè utcumque sit hæc res cessura, denuò conqueri libet de absentia tua, quam ferre ampliùs nequeo. Nosti pridem *Bezaï tui* quæ sit sententia *περὶ ἀποδημίας*<sup>3</sup>. Sed me id remoratur quod multos alioqui satis ad eam rem animatos, tamen non injuria, retinet. Hæc autem omnia quorsum tendant, intelligis. Frangentur tandem vincula; tunc, nisi fallor, re ipsa experiar cur Ulyssen Homerus *πολύτροπον* vocarit. Interim mandetur frenum.

*Quod ad res uostras attinet, paucis accipe: Is sum qui fui*<sup>4</sup>. Hæc ego Laconicè, tum quia te *Italia* decessisse arbitror, tum quòd ex nostris *Lupanis*<sup>5</sup> omnia longè meliùs intelliges, quàm exprimere literis possim. Hoc unum à te peto per amicitiam nostram, per omnia consuetudinis nostræ jura, ut simulatque se occasio obtulerit, rerum tuarum volumen ad me mittas. Ejusmodi est enim cupiditas mea, ut literis quantumlibet longis expleri non possit. Vale in perpetuum, mi animule. Lutetiae, III<sup>o</sup> Id. Maii (1541<sup>6</sup>).

Tuus, si suus, D. BEZÆUS<sup>7</sup>.

(*Inscriptio* :) Amicorum optimo Maclovio Pomponio. Paduæ aut Patavii<sup>8</sup>.

<sup>3</sup> Le sens doit être: Vous savez ce que je pense d'un voyage à l'étranger.

<sup>4</sup> C'est-à-dire: Je continue à flâner, et je m'occupe beaucoup moins de jurisprudence que de littérature (VI, 144-145, renvois de note 1-3; 152, renv. de n. 5).

<sup>5</sup> La copie suivie par Baum porte ce mot avec une *l* minuscule. C'est un nom propre, qui n'a pas été formé de *lupus*, mais de *lupa*. Nous ignorons s'il s'agit ici d'un nom de famille (de la Loupe? de la Loue? du Loing?) ou si Bèze veut dire: Nos amis des bords du Loing (ou de la Loue?) vous donneront de mes nouvelles. *Lupa*, dans le latin du moyen âge, désigne en effet: 1<sup>o</sup> la Loue, rivière de la Franche-Comté, qui se jette dans le Doubs au sud de Dôle; 2<sup>o</sup> le Loing, affluent de la Seine, lequel passe à Châtillon-sur-Loing (*Castellio ad Lupam*) et à Montargis; 3<sup>o</sup> la Loupe, bourg situé à 8 lieues environ à l'ouest de Chartres.

<sup>6</sup> La date peut s'établir ainsi: Pompon habitait encore la ville d'Orléans au mois de décembre 1539. Étant allé ensuite en Italie pour y continuer des études sérieuses, il ne serait pas revenu en France au bout de quatre mois.

## 981

PIERRE TOUSSAIN à Pierre Viret, à Genève.

De Montbéliard, 15 mai 1541.

Inédite. Copie contemporaine. Archives de Berne.

Ecclesiae Genevensis fideliss. Pastori Petro Vireto, PETRUS TOUSSAINUS. S.

Quoniam tu mihi *nuper Genève*<sup>1</sup>, *domi tuae*, significasti, *Petrum Foretum*, qui in oppido *Cupeto* aliquando Verbi Ministrum egit, Magistratu et fratribus in seipsis illinc discessisse, ovesque suas turpiter deseruisse, ac ejus rei culpam in loci illius Dominum<sup>2</sup> rejicere voluisse, tanquam qui illi stipendium constitutum non persolvisset: sed *Nobilem* illum<sup>3</sup> *Bernam* profectum, ejusdem *Petri* acceptilationes Magistratui exhibuisse, ex quibus constabat illum plus etiam recepisse quam debebat: unde Magistratus et fratres non parum fuerint offensi, — oro te per Dominum, ut hic ea de re mihi tuum adscribas testimonium<sup>4</sup>. Vale in Domino. Monbelgardi, 15 Maii 1541.

La présente lettre ne pourrait donc être attribuée à l'an 1540. Elle n'appartient pas non plus à 1542, parce que, le 7 mai de cette année-là, Bèze, félicitant Pompon au sujet de son mariage, le qualifie « avocat en parlement à Dijon, » et que, dans une lettre du 27 février (1542), également adressée à Dijon, il ne dit mot du mariage de son ami, mais exprime l'espoir que la charge qui lui a été récemment conférée sera le premier échelon pour parvenir aux grandes dignités.

<sup>1</sup> Le D qui précède *Bezaeus* est l'initiale du prénom *Deodatus*. C'est plus tard seulement qu'il lui donnera la forme grecque latinisée *Theodorus*, suivie de *Beza* (VI, 141, n. 2).

<sup>2</sup> *Padua* est le nom moderne, *Patavium* le nom antique et classique de Padoue.

<sup>3</sup> Il est fort probable que *Toussain* s'était rendu à Genève pour s'informer des antécédents de *Pierre Foret*, ex-pasteur de *Coppet*.

<sup>4</sup> Le baron de *Viri*, seigneur de *Coppet*.

<sup>5</sup> Ce n'était pas le baron de *Viri*, mais son intendant, le capitaine *Veret*, qui fit le voyage de *Berne*.

<sup>6</sup> Voyez la réponse de *Viret* au 22 mai.

## 982

PIERRE VIRET à Pierre Toussain, à Montbéliard.

De Genève, 22 mai 1541.

Inédite. Copie contemporaine. Archives de Berne.

S. Ego hac de re ad *Foretum* aliquando dedi literas <sup>1</sup>, quamvis tunc cum scriberem, illius causam justiore existimarem. Probare non poteram factum <sup>2</sup>, sed cum de ejus viri integritate et fide meliora sperarem, suspicabar justam aliquam fuisse occasionem quæ illum movisset, nisi postea intellexissem ab ipso *loci Domino* <sup>3</sup> rem secûs habere. Quum enim *Berna* rediret, audiivi in hospitio *Morgiis* hominem cum *Jacobo Gallo* <sup>4</sup>, ejus loci Ministro, ac aliis aliquot ea de re conquerentem, exponentemque quomodo Principibus se purgasset, ostendissetque se haudquaquam esse in culpa discessus illius, et tantum abesse ut illi stipendium negavisset, ut acceptilationibus quas haberet ejus manu scriptas testatum faceret, se potius salarium numerasse quod tempus excederet quo illic ministravit. Ego verò *herois illius* <sup>5</sup> verbis non facilè assentiebar, nisi non valde dissimilia à fratribus narrata fuissent, qui ejus inconstantiam, levitatem et imprudentiam accusabant. Sed *fratres Classis Morgiensis* et *Berneuses* omnia magis comperta habent, ex quibus certius colligi poterit testimonium. Hoc testor quod audiivi. Vale. Genevæ, 22 Maii 1541.

Sæpe memini me à fratribus audivisse hominem insalutatis Principibus abivisse, neque fratres unquam factum probavisse, quòd tam turpiter gregem deseruisset magno offendiculo, et nullo sibi surrogato qui ejus ecclesiæ curam susciperet.

Tuus PETRUS VIRETUS.

<sup>1</sup> Lettre perdue.

<sup>2</sup> C'est-à-dire, le départ de *Foret* pour Montbéliard, sans autorisation.

<sup>3</sup> Nous supposons qu'il y a ici une erreur de personne, et qu'il s'agissait de *l'intendant* de la seigneurie.

<sup>4</sup> *Jacques le Coq*, dont le témoignage est produit sous la date du 3 juin.

<sup>5</sup> Le capitaine *Veret*.

## 983

LES PROTESTANTS D'ALLEMAGNE à François I<sup>1</sup>.

De Ratisbonne, 23 mai 1541.

Copie contemporaine. Archives de Bâle. *Calvini Epistolæ et Resp.*, 1575, p. 283.

Salutem et obsequium nostrum, Serenissime atque Christianissime Rex!

Quoniam ea benevolentiae signa Regia Dignitas Vestra nobis semper exhibuit, quæ argumento esse possint, Regiam Majestatem Vestram optimo esse et amicissimo erga nos animo, aliquando etiam experti sumus apud Regiam Celsitudinem Vestram nostras preces non parum habuisse momenti. Itaque nunc etiam *de quorundam privatorum incolumitate, qui partim in variis regni Vestri locis, præsertim Gratianopoli et aliis Provinciæ urbibus<sup>2</sup>, capti tenentur*, partim cum parvis liberis miseri reliquerunt suas domos, et in cavernas fugere coacti sunt<sup>3</sup>, propterea quòd de doctrina

<sup>1</sup> Déjà en 1539 (V, 268; VI, 31, 32, 59, 119) et plusieurs fois dès lors, *Calvin* et les magistrats strasbourgeois avaient sollicité l'intercession des États protestants en faveur des Évangéliques français. Depuis l'arrivée à Strasbourg de *Morelet* (N° 943, n. 12), ambassadeur de François I, on eut enfin l'occasion de pressentir les dispositions de ce monarque et de calculer les chances de la démarche projetée. *Calvin* désirait l'envoi d'une ambassade imposante; il ne put obtenir, vers le milieu de mai 1541, qu'une requête collective, dont le canevas fut tracé par *Mélancthon*. Mais après la réception des dépêches pressantes de Farel et du Sénat de Strasbourg, il réussit à faire modifier sur deux points importants le projet de requête, qui reçut alors la forme définitive que nous reproduisons (Voyez les lettres de Calvin du 9 juin et du 12 juillet. — *Mel. Epp.* IV, 327 et 325).

<sup>2</sup> Si la rédaction de la présente lettre avait été confiée à *Calvin*, il n'aurait pas placé *Grenoble* en Provence; il aurait écrit: et aliis *Delphinatus* et *Provinciæ urbibus*.

<sup>3</sup> Allusion aux habitants des villages de *Mérindol*, de *Cabrières*, etc., (Voyez le N° 963, au commencement et au rev. de n. 5).

Christiana idem sentiunt quod ecclesie nostrae profitentur, *scribendum et apud Regiam Cels. Vestram intercedendum duximus.*

Magno dolore afficimur, quod cum negari non possit multos veteres abusus herere in ecclesiis, ita tamen exarserit iracundia passim, ut et salutare sententiae obruantur, et non solum homines privati, sed etiam gentes totae veniant in periculum. Quae cum supplices fiunt Regiae Cels. Vestrae, existimet Regia Cels. Vestra non nos tantum, sed ipsam ecclesiam Christi lugentem jacere ad pedes summorum Regum et opem implorare ac petere, ne lux exorientis Evangelii extinguatur, et ut modestis hominibus ac Christi membris pareatur. Scimus hos qui propter piam doctrinam sunt in odio, interdum praegravari aliis criminibus, ac dici seditiosos. *Vidimus autem Confessionem arumnosorum illorum oblatam Curiae Gratianopolitanae<sup>4</sup>, et purgationem objectorum criminum.* Quare magis deprecandum esse pro eis duximus, quia doctrinae Confessio pia est, et haud dubie pura sententia Catholicae Ecclesiae Christi, quam et nos profitemur. Oramus igitur Regiam Cels. Vestram, ut tum captorum illorum, tum aliorum, si qui propter easdem causas periclitantur, vitae parcat, eosque dimittat incolumes.

*Audimus quidem nonnullis ita veniam concedi, ut abiciant confessionem doctrinae quam ipsi piam esse non dubitant<sup>5</sup> : quod cum facere ipsa morte sit acerbius, oramus ut Regia Cels. Vestra id quoque propter Deum mitiget. Neque ignorat Majestras Vestra, quam grave sit aliquid, praesertim in Religione, contra conscientiam approbare. Erit haec clementia grata Deo et habebit praemia divi-*

<sup>4</sup> Nouvel indice que cette lettre n'a pas été composée par *Calvin*. Il savait, par les rapports de Farel, que la Confession de foi des Vaudois de Provence avait été présentée, non au parlement de *Grenoble*, mais à celui d'*Aix* (N° 963, n. 6). Il ne paraît pas d'ailleurs que les Évangéliques du *Dauphiné* aient eu l'idée d'envoyer leur Confession de foi au parlement de *Grenoble* : nous ne connaissons aucun document qui affirme le fait.

<sup>5</sup> Allusion aux lettres-patentes du 8 février, qui accordaient une amnistie aux Vaudois.

Ce détail, ainsi que celui qui est relatif à la Confession de foi (renv. de n. 4), fut ajouté au texte primitif, sur les instances de *Calvin*. On supprima, en revanche, ces mots, qui renfermaient sans doute une allusion à *Charles de Sainte-Marthe* : « Audimus autem captos modestos et doctos viros esse, — et cet autre passage : « Maximè autem optaremus nobis concedi aliquando in Synodo, vel aliis honestis conventibus, coram R. C. V. libertatem exponendi nostrarum ecclesiarum doctrinam : demande par trop naïve, après l'expérience faite en 1535 (VI, 119, n. 7).

nitus, sicut Psal. inquit: « Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum Deus. » Quare ut hac in re erga miseros illos, ubicunque sint, se clementem præstet Regia Majesta Vestra, etiam atque etiam oramus. Idque erit tum nobis, tum omnibus *istic*<sup>6</sup> qui nobiscum eandem Religionem profitentur, maximi beneficii loco, præsertim si intelligamus illos nostra intercessione fuisse liberatos, et apud bonos omnes non vulgarem clementiæ et moderationis laudem Regia Dignitas Vestra obtinebit.

Hæc si impetrabimus, quemadmodum bona spes est, studebimus vicissim, quibus poterimus officiis, memores et gratos animos testari, optantes ut Deus Opt. Max. Celsitudinem Vestram diu servet incolumem et florentem. Date Ratisponæ, xxiii Maii, Anno Christianæ salutis M.D.XLI.

PRINCIPES, LEGATI, STATUS ET ORDINES  
CONJUNCTI AUGUSTANÆ CONFSSIONI IN  
DOCTRINA CHRISTIANA<sup>7</sup> JAM RATISPONÆ  
CONGREGATI.

(*Inscriptio*<sup>8</sup> :) Serenissimo et Christianissimo Regi et domino Domino Francisco, Francorum Regi, etc., Domino et consanguineo nostro charissimo atque domino clementissimo.

## 984

GUILLAUME FAREL à Pierre Toussain, à Montbéliard.

De Neuchâtel, 25 mai 1541.

Inédite. Copie contemporaine. Archives de Berne.

S. mi charissime Petre. Semper mihi displicuit valde, quòd sic inconsultis fratribus et insalutatis Dominis *Bernensibus* audiui

<sup>6</sup> Dans les *Épîtres* de Mélanchthon et dans les *Calvini Opera*, XI, 221, on lit *istis*. La variante *istic* nous est fournie par les Errata de l'édition de Bèze.

<sup>7</sup> Le texte de Bèze, ainsi que celui des réimpressions indiquées ci-dessus, porte : *Augustanæ Confessionis jam Ratisponæ congregati*.

<sup>8</sup> La suscription ne figure pas dans les autres réimpressions de cette pièce.

*Petrum Foretum* istuc ad vos concessisse, ac hujus (*sic*) præterea quòd diceretur plus excepisse ab eo in cujus ditione ministrabat, quàm pro temporis ratione debebat; curasse sæpiùs admonitum, ut ad *Senatum Bernensem* scriberet ac indicaret, qua fuerit adductus causa ut aliò concesserit: quod impetrare non valui. Quo fit ut magis credam vera esse quæ audiui, quàm priùs, cum existimarem per invidiam dici magis quàm per charitatem<sup>1</sup>. Sed *semper me torsit id quòd non legitimè ecclesiam deseruisset nec ordinatè satis intrasset*<sup>2</sup>, cupiverimque semper ut apud *Dominos Bernenses* sic ageret et cum fratribus, ut omne tolleretur offendiculum. Sed ubi pleniùs cum fratribus contulero, copiosiùs scribam. Fieri non potest ut qui unam prodit deserendo ecclesiam, in altera se rectè gerat, nulla prioris habita ratione. Dominus Jesus, qui suo sanguine Ecclesiam acquisivit, istos labes eluat, tangatque Magistratum corda, ne tales ferant. Vale bene, ac pro nobis Dominum precare. Neocomi, 25 Maii 1541.

Tuus ex animo FARELLUS<sup>3</sup>.

## 985

LE CONSEIL DE GENÈVE au Conseil de Zurich.

De Genève, 26 mai 1541.

Copie contemporaine<sup>1</sup>. Archives de Zurich. Henry. Calvins Leben, I. Append. p. 75. Calv. Opp., Brunsv. XI, 221.

Tametsi in urbe nostra, vel à viginti annis citra, variis quidem ac gravibus procellis turbati fuerimus, o Principes illustrissimi,

<sup>1</sup> Voyez ce que Farel écrivait au sujet de ce pasteur, le 21 octobre 1539 (VI, 107, n. 136).

<sup>2</sup> Sous-entendu : in ecclesiam Blamontanam.

<sup>3</sup> On lit au-dessous une copie de la déclaration de *Firmin Dominique*, pasteur à Abévillers, datée de Montbéliard, le 30 mai 1541 (Voyez la lettre de Toussain du 29).

<sup>4</sup> Destinée aux pasteurs de Zurich, cette copie fut incluse dans la pièce suivante.

nullis tamen tumultibus, seditionibus atque periculis, talem cervicibus nostris impositam Dei iram experti sumus, quàm hisce annis proximè fluxis, posteaquam factiosorum, seditiosorumque hominum arte et machinationibus, *fideles nostri Pastores ac Ministri* (quibus nostra hæc ecclesia fundata, constructa atque conservata longo tempore, magna quidem omnium consolatione, ædificationeque fuerat) *iniquè profligati, magnaque ingratitude rejecti fuerunt*, præteritis planè ac oblitis<sup>2</sup> gratiis et beneficiis haud sanè vulgaribus quæ a Domino horum ministerio obtinuimus. *Ab ea enim hora qua ejecti fuerunt, nichil præter molestias, inimicitias, lites, contentiones, dissolutiones, seditiones, factiones et homicidia habuimus*, — adeò ut jam pænè obruti fuisset, nisi Dominus misericordia sua benignè nos intuitus, *fratrem nostrum Viretum*, qui et olim fidum hic egit pastorem, misisset ad miserum gregem, ita dispersum, ut vix ullam ampliùs præ se ferret ecclesiæ faciem, recolligendum. Agnoscentes igitur tantum Dei furorem hoc ideo super nos irruisse, quòd sic Dominus noster Jesus Christus in famulis ac ministris suis rejectus ac contemptus fuerit, nosque indignos esse qui veri ejus discipuli unquam habeamur, vel unquam habituri simus in Republica nostra requiem, nisi offendicula hæc resarcire conemur : quò sanctissimi Evangelici Ministerii honor condignus debitè restituatur. *Nichilque ardentius communi quidem consensu desideramus, quàm ut fratres et ministri nostri in pristinum statum, in hac ad quam vocati a Deo fuerunt ecclesia, restituantur.*

Quam ob rem<sup>3</sup>, colendissimi Domini, *vos Christi nomine rogamus*, quatenus ecclesiarum bonum et salutem quæritis, *ut illustrissimos Principes Argentinenses nostri gratia rogare urgereque dignemini*, quò sua erga nos benevolentia non solùm fratrem nostrum *Calvinum nobis reddant*, quum maximè nobis sit necessarius et à populo nostro tam avidè expetatur : verùm etiam ipsi ad hanc suscipiendam provinciam, *et huc quàm brevissimè licuerit venire Calvinum urgere, et id ei persuadere dignentur. Nostis quidem*

<sup>2</sup> Dans l'original : *obletis*.

<sup>3</sup> Dans celui des exemplaires de la présente lettre qui fut transmis au Conseil de Strasbourg, ce passage est ainsi conçu : « Quamobrem colendissimi Domini, vos Christi nomine rogamus, quatenus ecclesiarum bonum et salutem quæritis, ut pro vestra erga nos benevolentia non solùm fratrem nostrum *Calvinum* nobis reddere, quibus est maximè necessarius et à populo nostro tam avidè expetitur, verùm etiam ipsi.... persuadere dignemini » (Calv. Opp. XI, 226). Voyez aussi Merle d'Aubigné, o. c. VII, 55-59.

quàm necessarii sint nobis viri docti ac p̄i, qualem novimus Calvinum et reliquos pristinos pastores nostros, quum velut<sup>4</sup> ostium Gallie Italiaeque simus : unde mira aedificatio aut ruina contingere potest. At cum ex iis ac aliis regionibus vel etiam circumvicinis quotidie adfluunt multi, quanto cum solatio aedificioque<sup>5</sup> redeunt, si urbem nostram eo quo decet ordine compositam intueantur ! Id autem fieri non potest, nisi eos habeamus pastores ac conductores quales ostendimus huic ecclesiae competere, quemadmodum quotidie experimur. Siquidem ab eo quo frater noster *Viretus* à charissimis amicis ac confederatis nostris Dominis *Berneusibus* nobis ad aliquot menses concessus fuit, mirum profectò quàm uberrimus ex praedicationibus evangelicis emanarit fructus, in quanta pace et unanimitate nunc constituta sit urbs nostra, ex magna hac consolatione et aedificatione per eum a Domino accepta, extraneisque communicata.

Quum autem per dimidium anni tantùm, idque aegrè, à dictis Dominis *Bernatibus* exoraverimus *Viretum*, timentes ne absoluto hoc temporis spatio, quod proximo mense finietur, *Lausanum* revocet<sup>7</sup>, considerantes quàm sit nobis necessarius, populo nostro gratus, et quantum ex donis ac gratiis a Deo acceptis singulis quoque diebus fructificet promoveatque, praevidentes quoque futurum hic ruinae periculum, si tantum hoc opus quod Dominus manibus illius commisit, nunc deserat, — vos obnixissimè rogamus, et per nostram communem professionem amicitiamque christianam rursus obtestamur<sup>8</sup>, ut quemadmodum vestra pro nobis diligentia patrocinioque cupimus ut frater noster *Calvinus* nobis reddatur, ita etiam *faciatis ut clarissimis amicissimisque concivibus ac confederatis nostris Dominis Bernatibus placeat, Viretum per aliquod temporis spatium, saltem usque ad Calvinum adventum, hic apud nos sinere*, donec ecclesia nostra magis reformetur.

Haec si praestiteritis, magnifici Principes et amici singularissimi, optimum opus, Deo gratum, nobisque incomparabile feceritis beneficium, atque ideo devinctiores nos vobis reddetis. Dominus qui in admirabilem suam lucem vos vocavit et confirmavit, gratias

<sup>4</sup> Édition de Brunswick : quum *hic* velut, etc.

<sup>5</sup> « Avec grand édifice » signifiait alors : avec grande aedification.

<sup>6</sup> Dans l'exemplaire de Strasbourg : ut quemadmodum cupimus *Calvinum* nobis restitui.

<sup>7</sup> L'édition de Brunswick ajoute ici : *Valete*.

<sup>8</sup> La date est d'une autre main.

et dona sua in vobis perpetuò adaugeat ?! Genève, 26 Maii 1541<sup>8</sup>.

Vestri ad obsequium paratissimi  
amici ac vicini,

SYNDICI ET SENATUS GENEVENSIS CIVITATIS.

(*Inscriptio*.) Clarissimis Potentissimisque Principibus Do. Con-  
suli et Senatui urbis Tigurinensis<sup>9</sup>, amicis nostris integerrimis<sup>10</sup>.

## 986

LE CONSEIL DE GENÈVE aux Pasteurs de Zurich.

(De Genève, 26 mai 1541.)

Manuscrit orig. Arch. de Zurich. Calv. Opp. Brunsv., XI, 226.

Non ignoratis, fratres et amici integerrimi, in quos tumultus et horrenda incidimus scandala, ab eo quo pii pastores ac ministri nostri, magna quidem injuria, tumultu et conspiratione potiùs quàm juditii ordine, ab urbe nostra injustè profligati fuerunt. Quibus nequaquam mederi possumus, neque id tam periculosum curare vulnus, nisi pios habuerimus pastores et ministros, peritos, sapientes et Deum timentes, ad hanc resarciendam ruynam. Quamobrem ad vos confugimus, quos tanta teneri solitudine hujus ecclesiæ nostræ, quanta earum quæ vobis istic conceditæ sunt certò novimus, hujusque vel ædificationem, vel destructionem pariter vestrarum esse ducentes: quod abunde demonstratis, dum totis viribus magistratui nostro persuadere conati estis<sup>1</sup>, charissimorum fratrum, fidorumque ministrorum nostrorum *Farelli*, *Calvini* et *Chorandi* restaurandum esse ministerium, in pristinum quoque statum esse reintegrandos (*sic*). Quod tunc importunitate

<sup>9</sup> Une lettre de même teneur (mutatis mutandis) fut adressée au Conseil de Bâle.

<sup>10</sup> Au dos, on lit cette note écrite par le secrétaire du Conseil de Genève : « Duplum pro ministris ecclesiæ thiguren.[sis] vel tigurinen.[sis]. »

<sup>1</sup> Au commencement de mai 1538, après la clôture du synode de Zurich (V, 14, n. 2).

ac præfractione eorum qui populi turbatores erant, nullo fieri pacto potuit: unde ingentem piorum ac proborum virorum turbam ad gemitum et lachrymas adegerunt, animadvertentes urbem nostram tanta Dei ira concussam esse.

Nunc autem cum pietissimus Pater benignitate sua nos visiterit, et in gregem unum nos congregaverit, in nomine Domini *ros ardentissimè oramus, ut qui adeò laborastis in restituendis fratribus et pastoribus nostris fidelibus*, dum per eos rejecti essent qui propriam sectabantur concupiscentiam potiùs quàm Dei voluntatem, *nunc quoque in his revocandis nos jurare velitis, dum ab ipso magistratu totoque requiruntur populo, abunde sentientes quàm gravem hinc jacturam substinuerint et adhuc sustineant*. Placeat igitur vobis in tanto opere nobis adesse juxta tenorem litterarum nostrarum ad magnificos Dominos principes vestros scriptarum, quas ideo ad vos cum earum exemplari transcripto<sup>2</sup> mittimus, ut si necessarium et utile duxeritis, reddantur, sin minus, retineantur. Omnino agite prout vestra providentia et consilio magis expedire videritis, sive reddatis, sive Dominorum vestrorum Excellentiam ipsi pro nobis conveniatis, ea quæ in ipsis continentur literis proposituri eis. Omnia enim vestro committimus judicio, vobis perinde atque nobis confidentes, certò persuasi vos totis viribus in hoc tam gravi serioque Domini negotio nobis auxiliatrices manus porrecturos. Id autem facientes declarabitis quanta sit vobis cura et sollicitudo Christianæ Ecclesiæ, qua demum vigilantia super grege ipsius attendatis, quave dilectione Rempublicam nostram prosequamini. Dominus vos omni benedictione et gratia impleat ad perficiendum atque illustrandum hoc suum opus quod vobis creditum est! Valet. Genève. xxvi Maii 1541.

Vestri ex animo amici

SYNDICI ET SENATUS GENEVENSI CIVITATIS.

(*Inscriptio* :) Vigilantissimis prudentissimisque pastoribus ac ministris Ecclesiæ Tigurinis (*sic*), amicis nostris in Domino observandis<sup>3</sup>.

<sup>2</sup> Voyez la lettre précédente.

<sup>3</sup> Le manuscrit porte le sceau de la République de Genève avec la devise: « POST TENEBRAS SPERO LYCEM. »

Une lettre de même teneur fut adressée aux ministres de Bâle et à ceux de Strasbourg.

## 987

PIERRE TOUSSAIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Montbéliard, 29 mai 1541.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. Hic frater, qui tibi has literas reddidit, vixit apud nos aliquandiu sine reprehensione<sup>1</sup>; nec fuisset passim hominem longius ire, si certa nobis spes fuisset, ut intra menses etiam aliquot conditionem aliquam apud nos nancisci potuisset. Cæterum, quoniam *nunc uno duntaxat opus habemus Verbi ministro, quem à vobis in dies expectamus*<sup>2</sup>, ut jam Principis etiam nostri consiliariis illum venturum non semel affirmavimus, et *huic bono fratri* nihil certi promittere potuimus, — maluit alias ecclesias invisere, Christoque alicubi (si ita Domino et fratribus visum fuerit) inservire, quam hinc diutius suspensus ac ociosus agere. Quem testor tamen, coram Domino, mihi adeò non fuisse oneri, ut eum sine dolore maximo dimittere non potuerim<sup>3</sup>.

*Erasmus*<sup>4</sup> huc venit bonis auspiciis. *Firminum* expectamus<sup>5</sup>

<sup>1</sup> Il ne faut pas confondre ce personnage avec celui dont parlait Toussain le 16 février.

<sup>2</sup> *Guérin Muète*, comme les lettres de Toussain du 9 et du 18 juin semblent l'annoncer.

<sup>3</sup> Toussain le qualifiait ainsi le 18 juin : « Intractabilem illum, ut postea intellexi, cerebrosumque hominem. »

<sup>4</sup> *Érasme Corneille* ou *Cornier* (N° 964, note 3).

<sup>5</sup> *Firmin Dominique* (VI, 284), qui avait recueilli dans le Pays de Vaud et à Berne diverses dépositions sur les antécédents de *Pierre Foret*. Il arriva le 30 mai à Montbéliard, où il signa la déclaration suivante :

« Ego *Firminus*, Verbi minister in *Abeviller*, Comitatus Montbelgardensis pago, testor coram Domino, me 17 die mensis Maii anno 1541, *Morgiæ* a *Jacobo Gallo*, ejusdem oppidi ministro, in ædibus suis, multis fratribus Classis illius præsentibus, de qua quidem classe *Petrus Foretus* Blamontanus erat, omnia et singula audivisse quæ præscripti *Viretus* et *Farellus* in suis antescriptis testimoniis [N°s 981, 982, 984] testantur. Item quòd idem *Petrus Foretus* semper negligens fuerit, nec unquam ut

cum literis vestris et fratre Verbi ministro. Ubi ille venerit, te per proprium nuntium de rebus nostris omnibus certiore reddam, volente Christo, qui te servet simul et fratres omnes. Vale. Montbelgardi, 29 Maii 1541.

Tuus TOSSANUS.

(*Inscriptio* :) Guilielmo Farello fratri meo observando.

## 988

LE CONSEIL DE BERNE au Conseil de Genève.

De Berne, 30 mai 1541.

Minute orig. Arch. de Berne. Calv. Opp. Brunsvigæ, XI, 228.

Nobles, etc. Pour le desir qu'avons tant de vous gratifier que pour avancer la gloire du Seigneur Dieu, sommes contans de vous laisser maistre *Pierre Viret* ancores l'espace de demy an, pour venbu que le dit maistre *Pierre Viret* soit contant de desmourer avecq vous; car contre son voulloir et bon plaisir ne le voudrions contraindre à ce faire, combien que espérons qu'i[l] n'en feraz reffus, voyant le fruct que le Seigneur faict par son ministère<sup>1</sup>. Priant le Seigneur qu'il augmente de bien en mieulx la cognoissance de sa sainte magesté.

Nous escripvons présentement et de rechief au secrétayre *Vyennois* qu'i[l] doibje libérer voz prisonniers<sup>2</sup>, moyennant cau-

cæteri cum fratribus convenire voluisset. Quemadmodum etiam 26 die Maii *Berne* audiui a *Simone Sultzero*, civitatis illius Verbi ministro, et ab aliis quoque multis fratribus per *Sabaudiam* agentibus, quòd idem *Petrus Foretus* Magistratu et fratribus inseiis ecclesiam suam illic deseruisset. Datum Montbelgardi, 30 Maii 1541 » (Copie contemp. Arch. de Berne).

<sup>1</sup> On lit dans le Registre du Conseil de Genève, au 17 mars 1541 : « M<sup>e</sup> *P. Viret* est bien fort ydonée à laz prédicacion de laz parolle de Dieu et fayct grand fruyet : parquoy luy az esté estably son gage de quatre cens florins pour an, az poyé quartemps pour quartemps, et 10 coppes de froment avecque deux bossot de vin. Et az esté aussy ordonné que il soyt pourviheuz des meubles nécessaires. »

<sup>2</sup> *André Viennois*, notaire et jadis secrétaire du Chapitre de Genève.

tion, et n'en plus prendre sans en avoir espécial commandement de nous. Datum penultima Maii 1541.

L'ADVOYER ET CONSEIL DE BERNE.

## 989

LE CONSEIL DE BERNE à Pierre Viret, à Genève.

De Berne, 30 mai 1541.

Minute orig. Arch. de Berne. Calv. Opp. XI, 229.

L'ADVOYER ET CONSEIL DE BERNE à honorable, etc., Pierre Viret, salut.

A la requeste et postulation des Seigneurs Sindicques et Conseil de *Genève*, noz combourgeois, sommes contans de vous laisser encore demy an au service de Dieu et ministère de sa Parolle au dict *Genève*, voyant le fruitz [que] jusque à présent le Seigneur il az fait par vous<sup>1</sup>. Toutesfois que ad ce ne vous voudrions astringre ny par force, sy vostre bon plaisir ne point pourte illecq desmurer. Espérans néantmoins que grattifierés aux dict[s] de Genève, veu que la neccessité présente le requiert. Datum penultima Maii, Anno 1541.

(III, 215), fut élu commissaire des domaines du Chapitre, le 10 mars 1536. Il devint un peu plus tard secrétaire du bailli de Ternier, et MM. de Berne, pour reconnaître ses services, lui amodièrent, le 24 septembre 1540, le domaine de Rougemont (Voy. Froment. Actes et gestes, 1854, p. cxciii. — Galiffe. Notices gééal. I, 269, 270).

On sait que *Berne* prétendait posséder des droits de juridiction sur les terres du prieuré de Saint-Victor et de l'ancien Chapitre de Genève. Aussi le bailli de Ternier faisait-il souvent arrêter des Genevois pour cause de contravention aux lois de ses supérieurs.

<sup>1</sup> Le congé que MM. de Berne avaient accordé à *Viret*, le 31 décembre 1540 (t. VI, p. 423, 1<sup>re</sup> ligne), expirait le 30 juin 1541.

## 990

JEAN CALVIN aux Pasteurs de Zurich.

De Ratisbonne, 31 mai 1541.

Autographe. Arch. de Zurich. Henry, o. c. I, Append. p. 81.  
Calvini Opera. Brunsvige, XI, 229.

Gratia vobis et pax a Deo patre nostro, et Domino Jesu Christo, clarissimi viri et fratres imprimis observandi!

*Literæ vestræ*<sup>1</sup> duplici nomine gratissimæ mihi fuerunt: tum quòd fideliter ac prudenter me de officio meo, pro ea quam Dominus inter nos esse voluit conjunctione, admonetis; tum quod de ecclesia Genevensi, *cujus salus commendata mihi esse debet, video vos seriò esse sollicitos*. Itaque non meo tantùm, sed ipsius quoque ecclesiæ nomine singulares gratias et habeo et ago, quòd et illam vestro patrocinio, et me consilio adjuvandum censuistis. Quanquam autem anxia illa exhortatione qua usi estis, non adeò indigebam, qui jam sponte satis propensus eram ad agendum quod suadetis: mihi tamen id quoque jucundum fuit in difficili perplexaque deliberatione vestro judicio confirmari. Sed *quia animadverto vos de meo animo nonnihil dubitare, primum breviter vobis exponam quid obstiterit, quominus eò celerius venerim, deinde quid tandem facere de fratrum meorum sententia constituerim*.

Cum primæ literæ venerunt, quibus voluntatem meam Senatus tentabat<sup>2</sup>, fateor me non leviter percussum fuisse, quòd viderem me in eas angustias retrahi unde semper judicavi, me singulari Dei beneficio fuisse liberatum. Ego quamdiu ecclesiæ illius gubernationem cum optimo et fidelissimo collega meo *Farello* sustinui, vias omnes bona fide tentavi quibus illa conservari posset. Ac tametsi molestissima mihi provincia erat, nunquam tamen de loco deserendo cogitavi. Arbitrabar enim me velut in statione a Deo

<sup>1</sup> Datée du 4 avril, N° 961.

<sup>2</sup> Calvin fait allusion à la lettre que le Conseil de Genève lui adressa le 13 octobre 1540 (VI, 333, n. 1-2).

collocatum : è qua<sup>3</sup> pedem movere nefas esset. Et tamen *incredibile vobis futurum scio, si minimam partem vobis referam molestiarum, vel potius miseriarum quæ toto anno decorandæ nobis fuerunt. Hoc verè possum testari, nullum præterisse diem quo non decies mortem optarem : relicta autem ecclesiâ aliò migrare, ne semel quidem mihi in mentem venisse.* Itaque cum ad extrema ventum esset, quia videbamus salutem illius in hoc esse positam, si gubernacula nobis non excuterentur : pro retinendo nostro ministerio non minùs laboravimus, quàm si de capitibus nostris certamen fuisset. Ac si mihi homini non acutissimo esset obtemperatum, multò facilius tunc fuisset, vel labanti ecclesiæ subvenire, vel ex parte collapsam sublevare, quàm nunc sit penitùs perditam restituere. Optimum erat remedium quo periculo obviaretur, si ad vestram synodum fuisset vocati. Impetrari non potuit<sup>4</sup>. Alterum verò, si causam nostram in commune seriò ecclesiæ suscepissent. Visus sum omnibus insanire, cum prædicerem quod postea secutum est. Cum porrò mihi viderer ad ultimum defunctus, contuli me quieta conscientia in secessum cum *Farello*. Ille statim avocatus est aliò. Ego ab omni in posterum publica functione abstinere statueram. Et fecissem, nisi me certæ causæ hanc, in qua nunc sum, vocationem suscipere coëgissent. Ergo mihi, ut verum fatear, minimè jucundus fuit ille nuncius, cum revocari me *illuc* audirem. *Neque tamen illa omnia moror quæ mihi impedimento esse creditis : irrogatam mihi ignominiam, inhumanam tractationem et similia. An injurias meas ulcisci solem, Deo et hominibus qui experti sunt relinquo judicandum.* Verùm, etiamsi vindictæ essem alioqui cupidissimus, cur tamen de *Genevensibus* vindictam aliquam expetere debeam, nulla est causa. Quæcunque contigerunt, sic acta sunt urbis nomine, ut in paucis authoribus culpa hæreret. Atque illi ipsi per seditionem, conductis operis, totam rem egerunt. Ac ne *Argentinienses* quidem, tametsi pro paterna qua me complectuntur benevolentia, retinere me apud se cupiunt, impediunt tamen quominus vocationem hanc suscipiam : si modò *Genevensibus* utilem esse ac salutarem compertum fuerit. Quàm fideliter illius ecclesiæ salutem semper curaverint, ego optimus sum testis. Quàm singulari verò omnium ecclesiarum solitudine tangantur, in dies magis experior.

<sup>3</sup> Il avait d'abord écrit : è qua *discedere*.

<sup>4</sup> Voyez le t. IV, p. 416, note 3.

*Quid igitur remore est? dicetis.* Cum literæ illæ venissent, jam decretum erat a Senatu nostro, ut ad *Wormaciensem conventum* proficiscerer. Hanc excusationem habui, cur nihil certò illis constituerem. Literas tamen scripsi amicissimas<sup>5</sup> : quibus ut me venturum minimè recipiebam, omnia tamen officia pollicebar quæ ab homine sibi devinctissimo possent flagitare. Illi verò, non expectato responso, legatos submiserunt qui adventum meum urgerent<sup>6</sup>. Jam eram *Wormaciæ*. Eò usque prosequuti sunt. Ego, re cum iis deliberata quibus me regendum dederam, cum hac promissione eos dimisi, nos, simul ac domum rediissemus, facturos ex animo quod ex ipsorum utilitate esset. Exposui etiam consilium nostrum : videri nobis, non meliùs consuli ipsorum ecclesiæ posse, quàm si ad inspiciendum ejus statum aliquot ex vicinis ecclesiis venirent, qui ex re presenti caperent ac darent consilium. *Bucerum* igitur mecum venturum, nisi aliqua major necessitas interveniret; bonam quoque nobis spem esse, à reliquis ecclesiis impetratum iri ut suos mitterent. At antequam *Wormaciæ* discederemus, jam de altera hac profectione<sup>7</sup> timor injectus fuit. Paucis verò post reditum diebus mihi denunciatum fuit ut me ad iter compararem. Ita, spe illuc veniendi abscissa, moram iterum excusavi<sup>8</sup>. *At videbor fortassis aut captasse, aut certè libenter arripuisse hos pretextus, quibus me ab illa vocatione extricarem, à qua animus alioqui abhorrebat? Ut me ab hac suspitione liberem, totum animi mei sensum vobis breviter aperiam.*

Quia illis contentionibus quibus olim tantùm non confectus fui, longè me imparem sentio, fateor me onus hoc vehementer reformidare. Imò quoties memoria repeto illa certamina, quibus nos exercuerunt quos minimè id decebat, totus ferè exanimor. Proinde, *si animo meo acquiescerem, trans mare potiùs quàm illuc! Verùm quoniam<sup>9</sup> ea causa suspectus mihi sum, me ipsum non adhibeo in consilium : eos consultare jubeo qui et sano judicio sunt et integro animo.* Ac ne id astutè facere videar, obtestor per Christi nomen, ne quem mei respectum habeant. Quòd si nulla hïc difficultate

<sup>5</sup> Le 24 octobre 1540 (N° 901, t. VI, p. 333).

<sup>6</sup> Voyez t. VI, p. 331, note 1; 352, 353.

<sup>7</sup> Le voyage de Ratisbonne.

<sup>8</sup> Lettre du 19 février au Conseil de Genève, N° 944.

<sup>9</sup> Édition de Brunswick : *quom*. Calvin écrit habituellement cette conjonction avec un *e*. Le sigle *qm* qui se trouve ici est l'abréviation de *quoniam*, et non de *quom*.

impedirer<sup>10</sup>, scitis tamen nihil mihi in tanto negotio movendum esse sine ejus ecclesiæ autoritate cui sum obstrictus. Porro, una omnium sententia est, ut cum primùm ab istis comitiis erimus liberati, eò nos conferamus. Censent enim expedire, ut eò me *Bucerus* deducat : quò simul consulamus quid factu sit optimum. Atque utinam à vobis quoque obtineri posset, ut ex vestro collegio unum daretis qui nobis adesset. Quidquid erit, non est metuendum ne *ecclesia Argentinensis*, quò prospiciat sibi, alteram negligat. Neque sanè causam habet, etiam si velit. Quamdiu illic fui, ne nihil agerem, adhibuerunt me ad lectionem theologicam. Cæterùm non tantum est operæ meæ precium, ut multum incommodi passura sit *Schola* ex meo discessu. *Una res duntaxat Capitonem et Buceros reliquosque anxios habet : quòd parum edificationis ex meo ministerio expectant, nisi se mihi bona fide adjungant Bernates et quasi auxiliarem manum porrigant.* Neque dissimulo, in eo me præcipuam spem habere, si sua consensione adjuvare nos velint. Eò ut adducerentur, libuit antè cum illis communicare, quàm aliquid aggredieremur<sup>11</sup>. Illi non alieno animo se esse ostendunt : si modò constiterit, illam ecclesiam meo ministerio et instaurari posse et conservari. Quo igitur in statu sit res, videtis. Ego provinciam hanc, utcumque mihi sit ingratisissima, non modò nunquam recusavi, sed ne subterfugi quidem<sup>12</sup>. Pridem etiam victus, vel potiùs fractus multorum piorum fratrum flagitatione, concedere saltem illuc decrevi, ut ex præsertim [l. præsentis] aspectu deliberem, quid mihi agendum sit. Mihi tamen, ut initio cæpi dicere, magnæ voluptati est, vestrum quoque calculum huc accessisse. Nam cum vos semper meritò coluerim plurimùm, nihil optatius accidere mihi potest, quàm me, quidquid ago, ex vestra et similibus autoritate agere. Itaque illud in postrema *epistolæ vestræ* parte mihi gratissimum fuit, cum dicitis, non esse vobis dubium, quin pondus habitura sit apud me vestra hortatio. Nam cum istam ecclesiam singulari reverentia semper sim prosecutus, vosque semper plurimi fecerim, gaudeo hanc de me persuasionem vos induisse, ut de mea in vos observantia nihil non vobis polliceri audeatis. Potestis certè id tutò. Non enim fallam expectationem vestram.

<sup>10</sup> Édition de Brunswick : *impedior*.

<sup>11</sup> *Bucer* ou *Capiton* avait peut-être écrit aux ministres bernois pour sonder leurs dispositions.

<sup>12</sup> Après *quidem* on lit ces mots, qui ont été biffés : *Dudum etiam fractus*.

*Quo hic in statu sint res,* non audeo scribere. Sic enim omnia sunt adhuc partim suspensa, partim involuta, ut divinatione sit opus, si quis velit certum aliquid habere. Deinde, quidquid est, non dubito quin vobis *Constantienses* fideliter perscribant. Proinde finem faciam. Valet, fratres mihi in Domino dilectissimi et suspi- ciendi. Salutant vos omnes qui hic sunt, *Philippus, Bucerus* et reliqui. Dominus Jesus vos spiritu suo ad ecclesiae suae aedificatio- nem confirmet! Ratisponæ, pridie Calend. Junias.

JOANNES CALVINUS, vestri amantissimus  
et studiosissimus.

*Principes nostri et Civitates Regi Gallie fratrum salutem diligen- ter commendarunt.* Quia literæ <sup>13</sup> datæ sunt *legato*, non sum ausus meas adjungere, quibus *Farello* indicarem quid actum esset. *Obtes- tor* tamen *eos per Christum, ut literas etiam a Senatu vestro scri- bendas quàm primum curetis* <sup>14</sup>. *Audio enim in multis regni partibus ardere impiorum sacrítiam. Spero autem hoc tempore aliquam miti- gationem posse impetrari.*

(*Inscriptio*.) Clarissimis et egregia eruditione præditis viris, Pastoribus ac doctoribus ecclesiae Tigurinæ, fratribus ac Dominis mihi plurimum observandis <sup>15</sup>.

## 991

